



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CLXI. Gelasius II. Anno Christi 1118. Henrici V. 8. Joan. Comneni 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

est, cum id sit, falsum dogma, bono moribus, & sacris Patrum institutionibus repugnans in Ecclesiam introducere. Præterea, ut animadvertit Lambertinus lib. 1. De Serv. Dei Beatif. & Beat. Canon. cap. 4. num. 28. si Domini ipsius Ecclesiastici constituendi à Laicis usurpata facultas heresis absolute & simpliciter fuisset, non eam Gregorius VII. aliqui Pontifices in sola Ecclesia Occidentali reprobasent, sed eandem reprobationem ad Ecclesiam etiam Orientalem, in qua illa vigeat, sine ulla dubitatione extendi voluissent. Vide Baronium ad an. 1116. §. 3. & Angelum de Nuce annotat. 3. cap. 4. lib. 4. Chron. Casin. tom. 4. Scriptor. Rer. Italicar. pag. 519.

(5) Incerti Auctoris, qui vixit anno 1119. Historia Pontificum, & Comitum Engolismensium cap. 35. in Labbei Nova Bibliotheca Manuscriptor. Librorum tom. 2. pag. 259.

(6) Abbas Urspergensis in Chronico apud Baronium ad an. 1116. §. 2. & apud Labbeum tom. 10. Conc. pag. 807.

CLXI.  
**GELASIUS II.**  
 ANNO CHRISTI 1118.  
 HENRICI V. 8. JOAN. COM.  
 NENI I.

CLXI.

ANNO ab Incarnatione Domini 1118.

VIII. Kal. Februar. Joannes Ca-  
 jetanus, Romanorum Pontificum anti-  
 quis Cancellarius & Magister, in Gela-  
 sum Papam electus est, & contradicente  
 Imperatore à Romano Clero canonicè con-  
 secratus. (1) Eruditione literarum  
 apprime instructus fuit, & longà exer-  
 citatione, utpote qui Prasulum Apocri-  
 starius ferè quadraginta annis enituerat,  
 calluit. (2) Hunc Cencius Frangi-  
 panus, vir in Urbe potens, qui cu-  
 piebat alium creari Pontificem, di-  
 straxit, pugnis, calcibusque percussit,  
 & tanquam brutum animal, intra li-  
 men Ecclesie acriter calcaribus cruenta-  
 vit, & catenis constrictum inclusit  
 in custodiam. (3) Mox procerum  
 ac populi favore est vindicatus in li-  
 bertatem. Romam adveniente haud  
 ita multò post Henrico V. Cajetam  
 se recepit, ubi demum VI. Idus Mar-  
 tii Pontifex consecratus est. Eodem  
 ferè tempore Imperator scelera sce-  
 leribus cumulans, Mauritium quen-  
 dam Burdinum Episcopum Bracaren-  
 sem inaugurari Pontificem jussit Gre-  
 gorii VIII. nomine. Is IV. Nonas  
 Junii die festo Pentecostes Henri-  
 cum

Bar. an.

1118.

§. 3.

&amp; seqq.

Pag. §. I.

&amp; seqq.

cum Imperatorem iterum coronavit.  
 Hæc simul Gelasius II. cognovit, ha-  
 bito Capuæ Concilio, Henricum  
 pariter, Gregoriumque damnavit.  
 Post Imperatoris discessum, magis  
 ut peregrinus, quam ut Dominus  
 reversus in Urbem, divertit apud  
 amicos. Cùm autem ei tuto Romæ  
 esse non liceret, in Galliam transiit  
 auxilium petiturus ab Rege Ludo-  
 vico VI. contra Pseudopontificem  
 & Imperatorem. Morbo pleuritiâ  
 Matisconæ correptus, in Cœnobium  
 Cluniacense deferri voluit, ubi anno  
 1119. IV. Kal. Februar. mortuus  
 sepultusque est, cùm per annum  
 dies quatuor Pontifex fuisset. Quo  
 quidem post Martyres, qui fuso sanguine  
 martyrium consummârunt, haud facile  
 inter Romanos Pontifices aliquem  
 invenerit, qui breviori vita tempore me-  
 jora sit passus, ob idque præclariori re-  
 nomina donandus, atque celebrioribus  
 rit præconiis celebrandus. (4)

#### ANNOTATIONES.

(1) Fuit Cancellarius Urbani II. & Pa-  
 schalis II.

(2) Ordericus Vitalis initio libri 12. Hist.  
 Eccl. inter Scriptores Historiæ Normanno-  
 rum Duchemii pag. 842.

Bar. an.

119.

§. 1. 2. 3.

Pag. §.

3. 4.

(3) Pandulphus Pisanus in vita hujus Pontificis tom. 3. Scriptor. Rer. Italic. pag. 384. ubi etiam dicit, Gelasium II. Pontificem creatum *invitum, ac renitentem.*

(4) Baronius ad an. 1119. §. 2.

Bolland. 29. Januar. pag. 916. Sanctus appellatur à *Ferrario, Wione, Dornavio; Pii accensetur à Saussajo.*

Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casin. cap. 24. inter Scriptor. Rer. Italic. tom. 1. pag. 596. Casinense Cœnobium *Romana Sedi Stephanum Septimum (Nonum) Victorem Tertium, ac Secundum Gelasium Apostolicos dedit, & multis Ecclesiis Catholicis, idoneisque Pastores.*

CLXII.

CALLISTUS II.

ANNO CHRISTI 1119.

HENRICI V. 9. JOAN. COM-  
NENI 2.

CALLISTUS II. Guido antea dictus, natione Burgundus, frater Ducis Burgundia, prius Archiepiscopus Viennensis, in divinis Scripturis eruditus, & *secularium litterarum non ignarus, (1) anno 1119. Kal. Februar. Cluniaci Pontifex creatus est tali modo. Gelasius II. gravi morbo æger*

Bar. an.

1119.

§. 2. 1.

6. 9.

Pag. §. 5.

6. 10.